

V 9  
5339





Q. 194. (56)  
Q. 194

1664.



# DECANUS

COMMUNITATIS STUDII BO-  
NARUM ARTIUM ET PHILOSO-  
PHIÆ IN ACADEMIA LI-  
PSIENSI

## AD ORATIONEM

DE

## LUTHERO CUM PAULO COMPARATO.

CRASTINA, DEO DANTE, LUCE  
HABENDAM

UTRIUSQUE REIP. PROCERES AC CIVES  
QVA DECET OBSERVANTIA ET HUMANITATE  
INVITAT.

*De Luthero cum nemine post apostolor. tempora  
comparando*



DECALOGUS

COMMUNITATIS STUDII BO  
TAKUMAVIENSIUM  
PUBL. IN ACADEMIA II

AD GRATIAM



REIPUBLICAE PROPRIS AC CIVIS  
SACRIS OBSERVANTIS ET HUMANITATE  
INVITAT





Non malè rebus suis consu-  
lunt Eloquentiæ studiosi, si,  
cum laudandam virtutem ali-  
cujus susceperunt, non simpli-  
ci Orationis filo deducant, aut  
suo tantum vultu contuendam  
exhibeant; sed quædam cum  
aliis institutâ contentione vel  
parem esse ostendant, vel majorem etiam auditoribus per-  
suadeant. Nam & oratio ipsa comparando quodammodo  
fit illustrior, & virtus oratione explicanda, hoc quasi colo-  
re picta, multò pulcherrima evadit. Sunt quidem ipsæ per  
se virtutes, inquit Aphthonius, optimus dicendi magister,  
abundè honestæ: comparatæ tamen admirabiliores viden-  
tur. Unde non ipse tantùm Achillem cum Hectore; sed  
Plutarchus quoque plerosque Romanorum duces cum heroi-  
bus Græcis felicissimè comparavit. Lutheri, summi Theo-  
logi, laudes condere qui in animum induxerunt, nunc cum  
Elia, vate sanctissimo, nunc cum Johanne, Christi notore,  
nunc cum Augustino patribusque aliis Ecclesiasticis compo-  
nendum censuerunt. Nam cum in uno cumulatè divina  
congefferit benignitas, quæ in aliis vix singula invenire li-  
ceat: non contemnendum operæ faciunt pretium, qui mul-  
tiplices

)( 2

tiplices

triplices illas, ac velut constipatas, divini Viri dotes ad singu-  
 las aliorum expendunt. Ac fuerunt, qui ne comparandum  
 quidem inde usq; ab Apostolorum temporibus cum quo-  
 quam existimarent. In quibus Nicolaus Amsdorfius, qui &  
 ipse sententiam hujusmodi pronunciavit, & à pia posterita-  
 te ferendam non vanus augur expectavit. Quod si veritas  
 ingenuè & apertè exponenda est, inquit, ipsa collatio enar-  
 rationum me in hanc ducit sententiam, ut existimem, si o-  
 mnes commentarios veteres & recentes etiam in unam  
 massam conflentur, & id, quod optimum est, ex illis decer-  
 patur, non tamen cum hujus viri scriptis conferri & com-  
 parari posse. Non ignoro, quàm gloriosè hæc dici videan-  
 tur & quàm multos hoc Lutheri encomium offendat; sed  
 quoquo modo alii de hac constanti asseveratione judicent,  
 ego sic statuo, neminem tantâ præditum sapientiâ, fide,  
 constantiâ post Apostolos fuisse aut deinceps futurum esse,  
 quàm in D. Luthero conspeximus non sine ingenti dono-  
 rum Dei admiratione: nec dubito, quin pia posteritas idem  
 judicatura sit. \* Bucerus etiam numerum iniit, & peculiaria  
 illa dona, quibus alios omnes excelluit, ad novem capita re-  
 vocavit. Primò, inquit, articulum justificationis à tem-  
 poribus Apostolorum, quantum monumenta indicant, ne-  
 mo unquam clariùs & fidelius docuit. Secundò Antichri-  
 stum Romanum cum suis membris ad extremum usq; spi-  
 ritum audentiùs oppugnavit nemo, fraudesque illius lucu-  
 lentiùs orbi detexit. Tertiò viva bona opera, puta quæ ex  
 fide viva proveniunt, inq; salutem proximi cedunt, nullus  
 ex Patribus tam sanctè & secundum mentem Spiritus San-  
 cti

\* Judicavit &  
 Scriptor Pontii  
 ficius A. Masig  
 In una pagina  
 scriptorum Lu-  
 theri inqviēs,  
 plus est Theolo-  
 gia, quàm in  
 multis volumi-  
 nibus Patrum,

Et tradidit, atque ipse. Quarto Scripturam S. tam purè,  
tantâ energiâ, totque argumentis penetrantibus nemo ipso  
feliciter explicavit, maximè cum ex professo locum aliquem  
tractare voluit. Quinto versionem Scripturæ Sanctæ fide-  
lem, tersam, eloquentiâ non parvâ adornavit. Sexto de  
Magistratu politico, quæ ejus sint officia in utraque legis ta-  
bula, nemo hæctenus tam clarè exposuit. Septimò maxi-  
morum operum in Ecclesiâ incredibiles successus, vel unius  
Augustanæ Confessionis exemplo, habuit. *Wobey er ge-  
west / und wozu er geholffen / das hat fort gemust / und bestehet  
noch fest auff diesen Tag.* Octavo dono Prophetiæ excellit,  
*das alles / wie er ein Ding gesagt / geschehen.* Nonò preces ef-  
ficaces, Psalmos & Hymnos ac cantica dulcissima fecit. Ut  
oravit, ita Ecclesiam benè armavit devotis cantionibus ac  
Psalmis. Quæ omnia cum altiàs animo secum expendisset  
juvenis eruditissimus, CHRISTIANUS S X D S / Steti-  
nensis Pomeranus, Lutherique nomen illo maximè sche-  
mate traduci hodiè audisset, quasi doctrinâ suâ belli Turci-  
ci ita attraxisset tempestatem, ut Cæcias nubes solet: hoc  
magis in ornandis illius virtutibus, doctrinaque asserenda  
enitendum sibi censuit, quò impudentiùs illi mentiuntur,  
qui ad eum mali labem omnem tanquam primum autorem  
referunt. Nihil namque aliud faciunt Romanæ meretriculæ  
admiratores illi, quàm quòd Romani ipsi veteres solebant.  
Qui perisse terrarum orbem, multiformibus malis affe-  
ctum esse genus humanum: ipsos etiam cœlites dereli-  
ctis curis solennibus, quibus quondam solebant invisere res  
nostras, terrarum ab regionibus exterminatos vociferaban-  
tur,

tur, postquam esse in mundo Christiana gens cœpisset. Qui si Tyberis adscendisset in mœnia, si Nilus non adscendisset in arva, si cœlum stetisset, si terra movisset: Si fames, si lues orta esset, illicò, Christianos ad Leonem, exclamabant. Quos meritò ad disertissimum Afrorum, causam Christianorum veterum simul & nostram orantem, adire, & drachmam pectare stultitiæ præmium, jubemus. Nam quod nobis objetere, consuevistis, (sic enim cum illo alloqui vos nunc libet, graphici mortales,) bellorum frequentium causas, vastationes urbium, Scythicas irruptiones, cum pace hoc vestra & cum bona venia dixerim, quale sit istud, quod dicitur, calumniarum libidine non videtis. Ut ante millia annorum decem, ab insula, quæ perhibetur Atlantica Neptuni, sicut Plato demonstrat, magna erumperet vis hominum, & innumeras funditus deleret atque extingveret nationes, nos fuimus causa? Ut inter Assyrios & Bactrianos, Nino quondam Zoroastreque ductoribus, non tantum ferro dimicaretur & viribus, verum etiam magicis & Chaldæorum ex reconditis disciplinis, invidia nostra hæc fuit? Ut Helena, diis ducibus atque impulsoribus rapta, & suis esset dirum & venturis temporibus fatum, religionis nostræ attributum est crimini? Ut ille immanis Xerxes mare terris immitteret, & gressibus maria transiret, nostri nominis (Lutherani) effectum est curâ? Ut ex Macedonia finibus unus exortus adolescens Orientis regna & populos captivitate & servitio subjugaret, nos fecimus atque excitavimus causas? Ut modò Romani, velut aliquod flumen torrens, cunctas submergerent atque obruerent nationes, nos videlicet numina præcipitavimus in furorem? Quod si hominum



minum nullus est, qui, quæ jam dudum gesta sunt, nostris  
audeat temporibus imputare, quemadmodum possimus  
miseriarum esse præsentium causæ, cum novi fiat nihil, sed  
sint omnia vetera & nullis antiquitatibus inaudita? Ægrè ergò  
ferens calumniam hanc Orator noster, nihil neque à perso-  
na sua, neque à studio, cui animum addixit, alienum se fa-  
cturum judicavit: si, cum doctrinam ipsam aliquando è fug-  
gestu vel cathedra asserturus esset, repurgatæ illius autorem  
oratione nunc vindicaret, ostenderetque, non magis Lu-  
therum irruptionum Turcicarum causam dici posse, quàm  
si quis in Paulum, aut doctrinam ejus, persecutionum, quæ  
Christianos aliquot post seculis exercuerunt, culpam confer-  
ret. Cum hoc enim componere Theologorum optimum  
maximum juveni eruditissimo placuit. In quo tantum ab-  
est, ut Rhetorum oblitus leges juvenili quadam luxuria vel  
modum excefferit, vel autorè, quem sequeretur, nullum habu-  
erit: ut inventi sint jam olim, maturrimam eloquentiam viri, qui  
præferre etiam Paulo in quibusdã rebus divinissimum doctorè  
nequaquam religioni sibi duxerint. Sic enim Hieronymus Wel-  
lerus, accurato Theologus judicio, in Epistola ad Eberum:  
Mihi omnes Scriptores Ecclesiastici, quantumvis eruditi,  
qui non Lutheri vestigiis insistere student, suspecti sunt. Cer-  
tus enim sum, nunquam exoriturum esse, qui tanta felicita-  
te docendi & dexteritate interpretandi Scripturam S. instru-  
ctus sit; nec vereor, ipsum quod ad dona & certamina per-  
tinet, cum Apostolo Paulo conferre, certè divinam suam elo-  
quentiam ipsum vas electionis superare videtur. Ego qui  
tot annos virum DEI audivi, & scripta ejus assidue legi & re-  
legi

19  
5339  
84

legi, nunc demum incipio illum rectè admirari, magnifacere & intelligere, ac doleo, quòd non diligentius ipsius monumenta evolverim. Agite igitur, RECTOR MAGNIFICE, Comes illustrissime de Lynar, cæterique Reipubl. utriusque proceres eminentissimi, date hoc memoriæ summi & de Ecclesia meritisimi Theologi, date dicentis pietati, &, quod commodo futurum vestro speramus, orationi illius non ineleganti ad diem crastinum in Auditorio Collegii Majoris Principum Horâ circiter octavâ habendæ, benevolas aures commodate. Neque enim veremur, ne toties compellendo molesti vobis simus: ac potius certò nobis persuasum habemus, idem, ut æquitate estis atque in has literas amore, iudicium vos laturos de recitatorum nostrorum frequentia, quod Plinius ad Senecionem scribens de suis tulit: Toto mense nullus ferè dies, quo non recitaret aliquis. Juvat me, quod vigent studia: proferunt se ingenia hominum & ostentant. Idque ipsum incitamento Nobilissimæ studiorum coronæ erit, ut non promptè tantum ad audiendum coëant, & hanc ultrò communitoni suo benevolentiam exhibeant; sed ipsi quoque exemplis pulcherrimis aliorum inflammati ad simile aliquid in eloquentiæ studio periclitandum animum appellant. P. P. Lipsiæ d. XXX. Septemb. A. E. C. cId Idc LXIV.

---

Literis JOHAN-ERICI HAHNII.

M.C.

gniface-  
us mo-  
AGNI-  
publ. u-  
æ sum-  
s pieta-  
tioni il-  
Colle-  
e, bene-  
toties  
nobis  
has li-  
nostro-  
ens de  
ret ali-  
ngenia  
Nobi-  
um ad  
enevo-  
nis ali-  
o peri-  
temb.

ULB Halle

3

004 957 13X



1077





tiplices illas aliorum  
 quidem inquam exist  
 ipse sententia ferenda  
 ingenuè & rationum  
 omnes commassam coi  
 patur, non parari posse  
 tur & quàm quoquo me  
 ego sic statu constantiâ p  
 quàm in Deorum Dei ad  
 \*Judicavit & judicatura si  
 Scriptor Pontifius A. Masig  
 In una pagina scriptorum Lu  
 theri inqviēs, mo unquam  
 plus est Theologia, quàm in  
 multis voluminibus Patrum,  
 illa dona, quæ vocavit. In  
 scriptoribus Apocryphorum  
 istum Romanum ritum auden  
 tiori orbem fide viva pro  
 ex Patribus t

*\*Judicavit & judicatura si  
 Scriptor Pontifius A. Masig  
 In una pagina scriptorum Lu  
 theri inqviēs, mo unquam  
 plus est Theologia, quàm in  
 multis voluminibus Patrum,*

tes ad singu  
 mparandum  
 s cum quo  
 orfius, qui &  
 ia posterita  
 od si veritas  
 ollatio enar  
 imem, si o  
 n in unam  
 illis decer  
 rri & com  
 dici videan  
 endat; sed  
 e judicent,  
 ntiâ, fide,  
 arum esse,  
 enti dono  
 eritas idem  
 pecularia  
 n capita re  
 nis à tem  
 dicant, ne  
 Antichri  
 n usq; spi  
 illius lucu  
 uta quæ ex  
 nt, nullus  
 iritus San  
 cti

